

321 *Plumpton Wall* LYS. Servatur Cantabrigiae in collegio St. Iohannis una cum Coccien-sibus (supra p. 58) a Whitakero eo delatis.

DEO
MOVNTI
o SALVE
STIVS

Descripti. Lysons *Cumberl.* p. 154, 54 (inde I. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 105) delineatam dat. 3 OSALVS, 4 RTIVS Lys., hoc fortasse recte.

322 *Plumpton Wall* LYS. Servabatur in *Keswick, in the Crossthwaite museum.* Inde nuper pervenit in museum Britannicum. Litterae sunt tenues saeculi puto tertii.

.. C · POTEST ..
.. S · III · P · P · P · ..
ETAE · AC · DEVO · ..

A. W. Franks descripsit et ectypum misit, unde descripsi. Quam in ectypo non vidi litteram dedi inclinatum. Lysons *Cumberl.* p. 158, 93 et ad p. 163 (inde Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464), ubi in textu errore de hoc titulo referuntur quae pertinent ad n. 352.

C · POIES · .. | · · · S · III · P · P · P · .. | FIAT AC DEVO · ·
Lys. V. 2 P · P · R Franks, contra ectypum 3 ETAT · AC · DIVO idem; sed E nexus certus est.

323 Apud vetus *Perith* CAMD. Videtur periisse.

..... A
C A D V N O
V L P · T R A I
E M · A L · P E T R
5 M A R T I V S
F · P · C

Grut. 572, 3 'a Camdeno'; Camden ed. V (1600) p. 702 (inde Donat. 283, 3 'ex schedis Gnocchi'; Horsley p. 272; Nicholson et Burn 2 p. 421; Goughs Camden 3 p. 440; Hodgson *Northumb.* 2, 3 p. 212; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Newton p. 114, 72; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* append. p. VII).

Exemplum a Camdeno missum Grutero, quod nondum reperire contigit, accuratius videtur fuisse, quam quod ille imprimendum curavit; omissum enim ibi est versus primi elementum unicum superstes, quod non facile addidisse putandi sunt nec Gruterus nec Scaliger, atque pro foliolo hederaceo v. 3 punctum simplex ponitur.

Camdenus cogitavit de deo Caduno, cui Ulpus Traianus aliquis aram posuisset; perperam, nam formula in fine aperte indicat titulum sepulcralem esse. Ulpia Traiana est fortasse Sarmizegethusa. Ceterum nomen filii videtur corruptum esse.

[C. Titio] .. acaduno Ulp(ia) Trai(ana), em(e-rito) al(ae) Petr(ianae), Martius f(ilius) p(onen-dum) c(uravit)

De ala Petriana cf. praef. cap. LIII.

324 *Plumpton Wall*; servabatur in *Mr. Huttons Museum at Keswick* (cf. n. 318) LYS.

II · GAL · · · · · AMPI · · · · ·
SVB CALVISIO · RV · · · · ·
CVRANTE AVRELIO ·

Lysons *Cumberl.* p. 158, 92; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464.

Calvisius Ru[us?] videtur esse legatus provinciae aliunde non notus.

325 Apud vetus *Perith.*

D · M
FL · MARTIO · SEN
IN C · CARVETIOR
Q V E S T O R I O
5 V I X I T A N X X X X V
MARTIOLA FILIA ET
HERES PONEN
dum CVRAVIT

Camden ed. V [1600] p. 702 (inde Grut. 411, 4 'a Camdeno'; Horsley p. 273; Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden 3 p. 444; Orell. 3990).

3 in *c(ohorte)* Camd., *inc(ola)* Scaliger in indice, *in c(olonia)* Graev. in Grut. ed. I, alii; *in c(ivitate)* Ward apud Horsl. Scaligeri *incola* placeret, si *Carvetius* scriptum esset. Cogitari potest etiam de *collegio* propter questorium; sed *civis* et *civitas* non raro sola *c* littera indicantur (cf. n. 189), collegium quantum scio nunquam. Ceterum *Carvetiorum* illa civitas qualis fuerit ignoro; comparavi olim cohortem *Carietum* Grut. 437, 5 et ipsam incertam. Seidl (*über den Dolichenuscult* p. 49) comparavit *Brittones Curvedenses* (Brambach n. 1455), sine probabilitate.

D(is) M(anibus). Fl(avio) Martio sen(iori), in c(ivitate) Carvetiorum questorio. Vixit an(nos) XLV. Martiola filia et heres ponend[um] curavit

326 In *ould Perith* GERIC. Apud *ould Perith* CAMD. (GRUT.).

D · M · C R O T I O G E R M A N V S V I X
A N I S · X X V I · G R E C A V I X A N I S I I I I
V I N D I C I A N V S F R A T E R T I T V L V M P O

Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 305; Camden ed. V [1600] p. 702 (inde Grut. 847, 8 'a Camdeno'; Horsley p. 273; Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden 3 p. 444; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 465).

Quae litteris inclinatis dedi, Gericius non vidit; unde putandum est tum ea latuisse, postea autem Camdeno descripta esse. Ceterum apud Camdenum nexus soluti sunt.

2 GRAECA Camd. ed. V (GRECA ed. VI). 3 VINDICIANVS Camd., unde putavi D et I ligatas fuisse. FRA ET TITVLVM P O Geri., quod puto male lectum esse pro FRAE, FRA-ET · FIL · TIT · PO Camd., qui explicuit fratri et filiae titulum posuit.

D(is) M(anibus). Crotilo Germanus vix(it) anis XXVI. Greca vix(it) anis IIII. Vindicianus frater titulum pos(uit)

327 In *ould Pireth* GERIC. Apud *Ould Perith* CAMD. GRUT. Cippus fastigio ornatus. Perit HORSL.

rosa luna rosa
D M
AICETVOS MATER
VIXIT · A · XXXXV
ET LATTIO FILIA VIX
5 A · XII LIMISTVS
CONIV ET FILIAE
PIENTISSI
POSVIT

Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 305; Camden ed. V [1600] p. 702 (Grut. 753, 1 'ex Cottoni ac Camdeni schedis'; Horsley p. 274 Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden p. 440; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 465).

Camdeni exemplum cum Gericii paene consentit, sed omisit Camdenus in libro impresso fastigium ornatum quod Gruterus exhibet; Gruteri contra mendosum est et aperte interpolatum.

2 AICEIVOS Grut. 4 ET L · ATILIO FILIO | VIX Grut., ET LATIO FIL · VIX Camd. 5 AN · XII Grut. LIMISIVS Grut., Camd. 6 FILIA Grut., Camd. 7 PIENISSIMIS Grut., Camd.

Si nomina recte traduntur, habemus feminas nominibus forma masculina praeditas, ut supra n. 97. 126. Ex memoria huius tituli incerta videtur ortus esse n. 8*.

D(is) M(anibus). Aicetuos mater, vixit a(nnis) XLV, et Lattio filia, vix(it) a(nnis) XII. Limistus(?) coniu(gi) et filiae pientissim[is] posuit

328 *Old Penrith*, rep. 19 Sept. a. 1829 about 200 yards north of the Roman station and on the east side of the turnpike road from *Penrith to Carlisle.* Servabatur apud *Mr. Moss, Penrith*; nunc est in *Lowther Castle* apud comitem *Lonsdale.* Cippus altus p. 7 dig. 3, latus p. 2 dig. 11 1/2.

puer tunicatus gradiens
d. scopas(?) s. cul-
trum(?) tenens

D · I · S
M A N B · C O C C E I
N O M I N · A N N O R · V I
H I C · S I T V S · E S T

A. W. Franks mihi descripsit; Christoph. Hodgson in epistula ad Ioh. Hodgson *Archaeol. Ael.* 2, 1832 p. 265 ligno incisam.

1 DIS sine punctis Franks.

Dis Manib(us) Coccei Nonni annor(um) VI. Hic situs est

328 a *From Plumpton*; servatur in *Lowther Castle.*

D · M
H Y L A E · A L U M N I
N I · K A R I S
S I M I · V I X I T
5 A N · X I I I · C L S M
I I I · V · S · I M I C

Ectypum misit A. W. Franks, in quo aegre dispexi quae dedi.

D(is) M(anibus) Hylae alumni karissimi. Vixit a[n]n(is) XIII Cl(audius) S. cet.